

Nr. 11.

Bischof W. von Ferrara bittet den Bischof V. von Imola um Hilfe.

Edd.: Pflugk-Harttung, Iter Italicum 2, 452 f., Nr. 46; C. Erdmann, Ausgewählte Briefe aus der Salierzeit (Texte zur Kulturgeschichte des Mittelalters 7, 1933) S. 37, Nr. 17.

Hs. fol. 200^v—201^r.

Domino et patri V. Dei gratia Imolensi episcopo^{a)} W. Ferr[ariensis] episcopus fidele servitium. Egregia tua^{b)} nobilitas et preclara morum honestas^{c)} magnam mihi tribuit in petendo^{d)} fiduciam, cum sciam liberalitatem^{e)} tuam nichil, quod habuerit^{f)}, negaturam. Quid enim negares, quod nobilitas ipsa negari non sineret^{g)}? Quid enim tam ad benignitatem proum, ad caritatem propensum, ad pietatem promptum, ad miserandum paratum quam animus^{h)} ad virtutem accensus, sibi met parcus, alienis profusus? Noviⁱ⁾ certe mores tuos egregios, etsi nondum experimento rerum, tamen testimonio plurimorum. Secuntur universa naturam^{k)}, ut si, que^{l)} nata sunt, esse desierunt, subsistere diutius certe^{m)} non possunt. Unde nec amarumⁿ⁾ sicut^{o)} dulcia nec dulce sicut^{o)} amara, nec infecunda concipiunt nec concipere fecunda desistunt. Et sicut nobilem gloria, sic^{p)} ignobilem delectat infamia. Que cum ita sint, maiorum tuorum vestigia sequeris, mores imitaris, qui maiorem tibi virtutum quam divitiarum suppellectilem reliquerunt, possessionibus^{q)} quidem divites, sed virtutibus ditiores. Hac ergo fiducia nobilitatem tuam convenio, necessitati mee subveniri depono nec in petendo verecundiam^{r)} timeo nec in obtinendo diffidentiam habeo. Oro igitur, ut adsit consiliatrix caritas secumque benignitas, hortatrix pietas nec accedere permittatur^{s)} cupiditas.

Nr. 12.

Ein Bischof von Cervia leidet unter der Aufsässigkeit der Kleriker und Laien seiner Diözese und bittet einen Bischof G. um Hilfe.

^{a)} episcopi Hs. ^{b)} tua tua Hs. ^{c)} onestas Hs. ^{d)} in petendo] inpendendo Hs. ^{e)} libertatem Hs. ^{f)} abuerit Hs. ^{g)} sumeret Hs.
^{h)} auis mit Kürzungsstrich über u Hs. ⁱ⁾ vovi Hs. ^{k)} natam mit Kürzungsstrich über dem zweiten a Hs. ^{l)} quod Hs. ^{m)} das zweite e über durchgestrichenem a oder o Hs. ⁿ⁾ amare Hs. ^{o)} sc̃t Hs. = sequitur? facit? ^{p)} sig Hs. ^{q)} possesscionibus Hs. ^{r)} verecundia Hs. ^{s)} per-mittatur Hs.